**Si exigitur.** Hāc.l.inducit Ja.bu.ꝗ citatus ꝛ pſonaliter inuētus tacēs dicaſ ficte cōtumax non ꝟe de quo glo.ſunt ꝯrie:vt.l.ex conſenſu.§.i.ꝭ.de ap.ꝛ dic vt ibi per Dy. ¶ Op.qa minori nō ſuccurriſ in dolo:vt.l.i.C.ſi aduer.delic.Sed in.l.i.ꝭ.e.diciſ ꝗ minori ſuccurriſ.Glo.ſo.no.quā no.ꝗ aduerſus latā culpā bene ſuccurriſ minori.Itē ſi aduerſus dolū pſumptū:qa nō preſumiſ minorē eſſe in dolo:niſi de dolo ꝯſtet:vt.l.dolus.ꝭ.mā. Et vt nō pſumaſ intelligas ꝗ aduerſus dolum preſumptū ſuccurriſ in preteritū.ſ.qa in eo qͦ factū eſt per eū nō preſumiſ dolum interceſſiſſe:niſi cōſtet. In futurum ꝟo.ſ.quādo in illis que agēda ſunt per minorē poſſum ue pſumere ipſum dolum poſſe cōmittere.certe pōt pſumi:vt.l.auxiliū.in.ij.rūſo.ꝭ.de mino.ꝛ p Dy.i.l.i.ꝟ.aduerſus.ꝭ.de no.ope.nū. ¶ Iuxta iſtam glo.quero ſi eſt de iure ꝗ poſt didicita teſtificata nō pōt teſtes ꝓducere:vt.C.de ꝓbat.auc̄.at qui ſemel. Pone ꝗ eſt minor vel mulier nūqd poſt didicita teſtificata poterit poſtea teſtes ꝓducere.ꝛ videſ ꝗ nō:quia ratio ꝓhibitionis eſt pſumptio doli vel timor ſubornationis.Sed minori ꝛ mulieri nō ſubueniſ in dolo ut ꝭ als ergo ꝛc̄. Itez qa in minore eſt tutor.alias iudicium nō valeret.C.qui dari tuto.poſſunt.l.in vniuerſis.qui.le.pſo.per totū.Cū ergo tutor poſt didicita teſtificata non poſſit teſtes ꝓducere in auc̄.de teſti.§.qa ꝟo ſepe. ergo ꝛc̄. Ja.dicit nō ob.ꝯrium:qa verum eſt ꝗ minori vel mulieri non ſubueniſ in dolo vbi certū eſt de dolo. ſed vbi eſt preſumptio ꝗ dolus abſit in muliere ꝛ in minore.ꝛ ſic ceſſet pſumptio doli:vt in glo.ꝛ eſt caſus legis in minore.ꝭ.de mino.l.minor.xxv.an.omiſſaz.ꝛ.C. de his qui.vt indig.l.minoribus.ꝛ in muliere.ꝭ.ad turpi.l.i.§.accuſationez.ad ſilſ.l.i.§.ſi qs ignorās.de iure ſiſ.l.i.in ſi.ergo ceſſat impedimentū ꝓductiōis.ꝭ.de iure pa.l.adigere.§.ꝗuis.Nec ob.gl.que dicit ꝗ minor preſumiſ in dolo:ut no.C.ſi minor ſe ma.dixe.l.dolū. qa vbi minor aſſerit ſe maiorem preſumiſ in dolo:quia mentiſ:qͦ ideo apparet:qa poſtea ꝓbat ſe erronee dixiſſe.Sed hoc ad ſupplendū qͦ nō fecit non preſumiſ in dolo nec ex ꝗlitate facti preſumiſ.ita dolus ſicut ibi de hoc vide per me.ꝭ.de minori.l.minor.xxv.an.omiſſam.ꝛ ita iſtud dictum Ja.intelligas.Additio.

**His autem.** Inſpiciſ ꝗ̄tum ab initio intereſt.h.d. Primo ꝗro exēpla de diminutione.dic vt in glo. ¶ Op.ꝗ intereſſe in ꝯtibus bonefidei inſpiciſ vſqꝫ ad ſniam in ꝯtibus ſtricti iuris vſqꝫ ad litē ꝯte.vt.l.iij.§.in hac.ꝭ.cōmo.So.dico ꝗ hic inſpiciſ vſqꝫ ad ſniam.Sniam aūt appello qn̄ iudex pcepit ꝗ edat.ꝛ ſic concordat in ꝯtibus bonefidei.ꝛ ſi tu dicis qūo imo iſta actio eſt ſtricti iuris.Rn̄.l. ꝯria loquiſ in his que petunſ iure actionis:ꝛ ideo incipit intereſſe a tpe more ꝛ creſcit vſqꝫ ad litē ꝯteſtatā:vt ibi.Hic ꝟo in his que petunſ iudicis officio in quo caſu nulla diciſ pcedere mora donec iudex pcipiat:vt.l. cū poſtulaſſem in pn.ꝭ.de dam.infec.ideo inſpiciſ tps quo iudex pcepit.ita vult dicere glo.hic.Ultramōtani aliter dicūt:vt dixi in.l.ꝯria.Tu dic ꝗ ille.§.aliter intelligitur ꝗ̄ de tpe vſqꝫ ad id qͦ creſcat intereſſe vt ibi dixi.Tamē quo ad intellectū huius.l.debes ſcire ꝗ quādo intereſſe venit iure actiōis ſemp inſpiciſ ꝗ̄tuz iterſit ab initio cū cōmittiſ actio:vt.l.fundū cornelianū.ꝭ.de noua.dixi in.l.vinū.ꝭ.ſi cer.pe.Sed hic petiſ iure actionis merito inſpicitur initium quod eſt quando cōtempſit officium iudicis.contraria loquuntur quādo intereſſe venit officio iudicis mercenario.

Ex.l.ſequenti.

¶ Eoipſo ꝗ qs vadit ad argētariū ꝛ nūmulariū vl ad vſurariū.vel mercatorē videſ eis mādare vt rōnes ſcribant de his que cū eis gerit.Et quo iure qs petere debeat ſibi inſtrumenta exhiberi.

q **Edam.** Qui ꝯficit rōnes ex neceſſitate pcedētis ꝯtractus vel qn̄ cogiſ illas edere actiōe ex eo ꝯtractu nō ex hoc edicto.h.d. ¶ No.ꝗ qn̄ hꝫ locum actio ordinaria ceſſat officiū iudicis ꝛ actio in factuz. ¶ Op.ꝛ videſ ꝗ iſta lex deſtruat totā materiā.Nā vbi eſt mādatū ceſſat hoc edictum.ſed in.l.ſi qs ex argētarijs.§.ꝓtinere.ꝭ.e. diciſ ꝗ iſtud edictū nō hꝫ locum niſi rōnes ſint ꝯfecte me mādāte.ſed ſi me mādante ſunt ꝯfecte nō hꝫ locuz vt ꝭ.Glo.ſignat iſtud cōtrariū in.l.i.§.officio.de tu.ꝛ ra.diſtra.nec bene declarat.Dic ſm ꝗ dicebāt Ni.de ma.ꝛ Ja.bu.mandatū debet eſſe gratuitū:vt.l.i.ꝭ.mā. vn̄ ſi rōnes ꝯficianſ a ꝓcuratore qui ſpōte ſuſcepit mādatū hꝫ locū actio mādati.Sed ſi ꝯficianſ rōnes ab argētario qui hoc facit ex neceſſitate officij:vt.l.argentarius.ij.rūſo.ꝭ.e.nō diciſ mādatū:qa nō gratuitū.Idez ſi ꝯficiaſ iſtrm a notario:qa facere teneſ de neceſſitate

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

officij:vt.l.pe.C.de defen.ciui.ꝛ ita loq̄tur.§.pertinere Et dicūt p̄dicti doc.ꝙ eoipſo ꝙ qs vadit ad argentarium ſeu nūmulariū ꝛ apud eū deponit pecuniā vel aliqd aliud cū eo gerit videt̃ ſibi mādare[a] ꝙ de hoc rōes cōficiāt ꝑpter cōſuetudinē:vt.l.vel vniuerſoꝝ.ꝭ.de pi.ac.ꝛ.l.ticianū.ꝭ.qđ cū eo. Et idez dicemus in vſurariis qbus ſcholaris dat pignus.nā eoipſo videt̃ ſibi mādare ꝙ de hoc rōnem ꝯficiant:nec tamē inde oritur actio mādati:q2 nō eſt mandatū gratuitū ſʒ magis fit ex neceſſitate officij vt dixi. Et ſic iſti mercatores ꝛ nūmularij hodie etiā vſurarij poterūt cogi nobis edere libruȝ rationū ſicut olim:q2 eadē rō eſt.in vſurario expreſſum eſt hodie.ex̄ de vſuris.c.i.§.pe.in cle. Non tamē ꝑ hoc dico ꝙ tāta fides exhibeat̃ libris eoꝝ hodie tanꝗ̄ oliȝ vt dicā ſtatim.ꝭ.e.l.§.nūmularios:ſed dico ꝙ debeant cogi hodie nūmularij noſtri tēporis q ex cōſuetudine rōnes ꝯficiunt ſicut olim. ¶ Pro declaratiōe materie ꝛ glo.hic poſite dic breuiter ſic. quādo aliqs petit ſibi edi inſtrumēta quo iure petere debeat. Hic aut p̄tēdit itereſſe rōne dn̄ij ꝛ petit actiōe ad exhibendū: vt.ꝭ. ad exhi.l.iij.§.ſciendū.vel actiōe fami.herc.ſi dicit inſtrumentū eſſe ſuū ꝑ parte hereditaria:vt.ꝭ.fami.herc.l.ſi que ſunt cautōes.ꝛ.C.e.l.ꝓcurator:aut p̄tendit aliud intereſſe ꝗ̄ dominij.ꝛ tūc ſi quidē ſunt inſtrumēta pertinentia ad ꝯtractus ꝛ ad actus inter viuos. tūc aut ſūt cōfecta ex neceſſitate alicuius ꝯtractus vel quaſi cōtractus p̄cedētis ꝛ agitur actiōe deſcendēte ex eo ꝯtractu vel quaſi vt hic.ꝛ.l.i.§.officio.de tute.ꝛ ra.diſt. Si ꝟo talis ꝯtractus nō p̄ceſſit:tunc aut ille qui illa inſtrumēta vl̄ rōnes hʒ ea ꝯficit me mandāte tacite vel expreſſe ex natura alicui⁹ officij ꝛ cogitur mihi edere ꝑ hoc edictum vt.l.p̄tor.in p̄n.ſ̄.e.ꝛ.l. ſi qs ex argentariis.§. ptinere.ꝛ.ꝭ.e.l.§.nūmularios.ꝛ ex̄ de vſuris.c.i.in cle. Aut hoc nō fecit me mādante.ſed alio mō apud eū ſunt tunc ſi quidē apud aliū me mādante ſunt ꝯfecta. ita ꝙ ad me pertinerēt poſſum petere ꝙ mihi edant̃ vtili actione in factū:vt.ꝭ.e.l.§.is aūt.ꝟ.ꝙ ſi dolo. Si aūt me mādāte cōfecta nō fuerūt:ſed in eis aliqua mea vtilitas cōtinet̃:tūc aut qs petit hoc ab extraneo ſibi edi ꝛ nō pōt petere:vt.l.ſi qs ex argētariis.§.pertinere.ſ̄.e. fallit in fiſco: vt.l.iij.ſ̄.eo. Aut hoc petūt inuicē actor ꝛ reus:ꝛ tunc recurre ad diſtinctionē quā vidiſti in.l.i.§. editiones.ſ̄.e.aut actor petit a reo ad fundandā ſuam intentionē:aut ad eā coadiuuandā:aut ad ſuā exceptioneȝ vel replicationē fundandā.dic vt ibi dixi. Si ꝟo ſunt inſtrumēta ꝑtinētia ad vltimas volūtates:tunc peteret̃ ꝑ interdictū de tabulis exhibē.vel ꝑ edictū queadmo. teſta.aperiant̃:vt hic in ſi.glo.

Ex.§.ſequenti.

¶ Succeſſor notarij cogit̃ edere ꝓtocolla ſicut ipſe notarius. Et beneficiū huius edicti directū nō tranſit cōtra ſingularem ſucceſſorē. Et notarius pōt legare ꝛ donare ſua ꝓtocolla ꝛ facere ꝙ alius de ſuis ꝓtocollis ſumat inſtrumētū ſi ipſe eſſet impeditus longo impedimēto. Et an pecunie que redigunt̃ ex ꝓtocollis dicantur fructus.

**Nihil intereſt.** Hoc edictuȝ hʒ locū in ſucceſſores vniuerſales argentarij.lʒ eiuſdē ꝓfeſſionis nō ſint.tn̄ ſecus i ſucceſſoribus[b] ſingularibus.ſed ad eos in ſubſidiū recurret̃ vtili actiōe.h.d. ¶ Nota ꝙ ſucceſſor notarij cogit̃ edere ꝓtocolla ſicut ipſe notarius.ſcđo nota ꝙ heres debʒ officio fungi iure defuncti.tertio nota ꝙ beneficiū huius edicti directū nō trāſit ꝯ ſingularē ſucceſſorē ſicut nec cetere ꝑſonales actiōes.de quo ꝑ Dy.in.l. flumināu.§. adijcit.ꝭ.de dā.infec.ꝛ ex̄ de reg.iur.c.is q in ius.li.vi. Sʒ ſi actio eſſet realis:tūc ſucceſſor ſingularis teneret̃ tanꝗ̄ poſſeſſor nō tanꝗ̄ ſucceſſor:vt.l.de eo.in ſi.ꝭ. ad exhi. Itē no.ꝙ notari⁹ vel argentari⁹ pōt legare rōnes ꝛ ꝓtocolla ſua:ꝛ pōt alijs etiā viuus donare:qđ eſt magis no.vt hic in tex.nō magis ꝗ̄ ſi cas viuus donaſſet

Et ſic facit ꝙ notarius viuēs pōt facere ꝙ de ſuis ꝓtocollis ſumat̃ inſtrumētū ꝑ alium. Quod puto verum[c] ſi eſt impeditus lōgo impedimēto:ita ꝙ nō poſſit ipſe in publicā formā edere impeditus abſentia vel infirmitate.ar.l.i.ſ̄.de offi.eius cui mādata eſt iuriſdictio.ꝛ.l. ſi longius.in p̄n.ꝭ.de iudi.ꝛ de va.mu.l.pe.ꝛ in autē. de tabel.ꝑ totā illā cōſtitutionē.ꝛ vide qđ no.in ca.cū.p. extra de fide.inſtru.ꝛ qđ not.Spe.in ti.de fide inſtru. .§. inſtrumētū.ꝟ.itē op.facit.l.ſi.§.ſin aūt dubius.C.de iure deli.ꝛ no.in.l.diuus.§.ſenatus.ꝭ. de falſis. Ultio no.ꝙ legatarius pōt cogi in ſubſidiū. ¶ Scđo q̄ro iuxta iſtā.l.qđ ſi heres ediderit anteꝗ̄ legatario traderet qđ potuit vt hic.an cōmodū qđ exinde ꝑceperit teneat̃ reddere legatario.ꝛ puto qđ ſic ꝑ.l. herēnius.ꝭ.de vſu.ꝛ.C.de vſufru.leg.ꝑ totū. ¶ Sed iuxta hoc quero vtrū illud qđ ex illis ꝓtocollis ꝑcipit̃ dicat̃ fructus[d]: ꝛ ſic pertineat ad fructuariū.dico breuiter ꝙ non:q2 ille nō eſt fructus rei qui ſemel tm̄ ex re percipit̃:vt.l.diuortio.§.ſi vir.ſo.ma.ꝛ in curſu tēporis nō reuoluit̃ vt ibi. Sed iſte fructus qui ſemel ex ꝓtocollo percipit̃ nō renaſcitur.qđ ꝓbo. Inſtrumētum ſemel editū non debet iterū edi:niſi ꝓbetur caſu perditū:vt.l.ſi quis ex argētariis.§.p̄tor ait.ſ̄.e. Caſus aūt perditionis nō eſt expectandus:vt.l.inter ſtipulantē.§.ſacra.ꝭ.de ꝟb.obli. ergo ꝛc̄. Sʒ ſi eſſent tales ſcripture ex qbus fructus ꝑcipiatur ſepe ſepius:vt ex petijs gloſatoꝝ ꝛ alioꝝ ſcriptorum vel ex libris ſtatutoꝝ ꝛ aliarū reformationum ꝛ ſimiliū:tunc dicerem eſſe in fructu.ita intelligo iſtam materiam breuiter.

Ex.§.ſequenti.

¶ Omnes qui tenent apotecas ꝛ vēdunt ꝛ de vēditis conficiūt rōnes illas tenent̃ edere. Et libri taliū ꝓ cōſitentibus fidem nō faciunt: niſi capſa ſint cōnexa. quo ad tertiū faciunt ſemiplenā ꝓbationē ſi ꝯficiens nō ſit ſuſpectus. Scripture ꝟo eoꝝ qui eligunt̃ publica auctoritate faciunt fidem plenam.

**Nūmularios.** Ad euidentiaȝ dicas ꝙ olim erant quidam argētarij qui nō tractabant niſi monetā argenti.quidā erāt nūmularij qui tractabant omnē monetā:ꝛ iſti vocabātur nūmularij.ꝛ breuiter hoc intendit. Nūmularij coguntur edere ſuas rōnes ſicut argentarij eadē ratione. h.d. Nota ꝙ licet de nūmularijs nō dicat̃ in edicto pretoris tamē ipſi cogunt̃ edere:q2 rōnes conficiunt ſicut argentarij quā rōnem no.per qđ idem dico in mercatoribus ꝛ cāpſoribus noſtri tēporis ꝛ in vſurariis ꝛ in ſtationarijs qui libros ad vendendū conficiunt: vt rōnes edere cogant̃:vt dixi.ſ̄.e.l.i.in prin. ¶ Sed quero an libri iſtoꝝ faciant fidē hodie ſicut olim. Glo.hic diſputat multum bene.finaliter determinat ꝙ fidem faciunt contra eos[e] nō ꝓ eis. Sed an ꝓ alio vel cōtra alium illi libro credat̃.glo.non tangit.puto ꝙ hodie iſti libri ꝓ vel contra tertiū faciant ſemiplenā ꝓbationē. ꝛ iſta eſt illa priuata ſcriptura de qua dicit gloſ.in.l.admonendi.ꝭ.de iureiur.ꝛ.l.in bone fidei.C.de reb.cre.ꝛ ita tenet Ni.de ma.ꝛ Ja.bu.qđ puto verū:niſi talis mercator eſſet ſuſpecta perſona.ar.ſ̄.e.l. ſi quis ex argentariis.§.i. Sed aduertendū eſt:q2 innuit iſta glo.ꝙ olim credebat̃ iſtis libris rationū pro ſe qđ videt̃ miranduȝ q2 cōtra.l.exemplo.C.de ꝓba.ꝛ qa notarij qui habēt officium ex publico nō poſſunt facere inſtrumētū ꝓ ſe: vt.C.de his qui ſe aſc.in te.per totū.ꝛ.ꝭ.ad.l.corne.de fal.l.de eo.ꝛ.l.diuus. Unde puto ꝙ nec eis oliȝ credebatur ꝓ ſe:niſi quatenus illa rō cōtineret capſa ſibi inuicem ꝯtingentia:ita ꝙ nō poſſet ꝓ parte acceptare ꝛ vti pro ſe ꝛ ꝓ parte repudiare ꝛ nō vti cōtra ſe:vt.l. publia.in ſi.ꝭ.depo. ¶ Ultimo no.bene rōnem hui⁹ glo. ꝙ ideo libris eoꝝ ſtabat̃:qa auctoritate pubica eligebantur.ꝛ ideo dico ꝙ in ſcripturis eoꝝ qui eligunt̃ ad recipiēdas gabellas vel collectas auctoritate publica poſito ꝙ non ſint publice eſt ſtandū eadē ratione qua

a ¶ Mandare. ADDE ex hoc refert ꝛ ſeq̄t bart. conſilio.cclxiiij.ij.lib.
b ¶ Succeſſorib⁹. ADDE poſt.d. alexā.ꝛ iaſo. in quārtū volūt ꝙ appellatione ſucceſſoris non veniat ſingularis:niſi dictū ſit qbuſcūq3. ꝙ tamē ſi qs accipiat feuduȝ ꝓ ſe ꝛ heredibus ꝛ ſucceſſoribus ſuis qbuſcūq3 ēt incapacibus ꝙ ſpurij nec .ll.vel moribus iprobati ſuccedent dato etiaȝ ꝙ eſſet cōſuetudo regia ꝙ incapaces poſſint retinere feuduȝ ꝑ annū ꝛ capaci vēdere ꝛ hec fuit notabilis conſultatio bal. lxx.i.lib. vbi alia notāda dicit.
c ¶ Per alium. ADDE videndū pe.de anch.cōſilio.cclxiij. bal. conſilio .lxxxv.ij.li.ꝛ cōſilio.cccc xlij.iiij.lib.
d ¶ Fructus. vide bar.ei⁹ cōſilio.cliiij.
e ¶ Contra eos. ADDE ro. conſilio .cccxlvi. an valeat ſtatutuȝ ꝙ libris mercatoruȝ detur fides bal.in dorſū relquit conſilio.ccclxxv iiij.lib.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Placitus. ADDE poſt d. iaſonem quotuplex ſit pax. & an ſit ſtricti iuris bal. cōſilio. lviij. .i. lib. & an p cohabitationē ſimul factam preſumantur iniurie remiſſe p eundē conſilio. cccvi. .ij. lib.

hic. Idem dico de ſtationario ſi auctoritate publica eligetur vt eius liber faceret fidem. & iſta etiam ꝓbantur .j. l. ꝓxima in prin.

a **Argentarius.** Argētarij & oēs qui gerūt officiū publicū cogunt̃ ſuas rōnes edere. h. d. ¶ No. ꝙ ſcripture iſtoꝝ faciūt cōtra tertiū. & ꝓ tertio. ¶ No. ꝙ idē ius qḋ eſt in argentario eſt in oī eo qui auctoritate publica gerit aliqḋ officium per qḋ rōnes conficiat. Quero q ſunt iſti ſimiles. Glo. ponit exēpluꝫ in nūmularijs & notarijs. tñ notarij nō edunt niſi accepta pecunia. Sed quero vtrū licite notarij accipiant pecuniam. Rñ. ſic tā pro ꝓtocollo ſiue abbreuiatura ꝙ etiā ꝓ extenſione poſtea cū publicū reddit: vt. C. de prin. agen. in re. l. ſi. circa mediū. Aduerte tamē ꝙ licet nō teneat̃ reſtituere niſi accepta pecunia. tamē hꝫ officiū iudicis ꝑ qḋ poſſit īpetrare vt ſibi cōſtituat̃ ſalariuꝫ: vt. l. i. §. ij. j. de vari. & extror. cog. Poſſemus forte dicere ꝙ hodie per ꝯſuetudinē que eſt ut ſibi detur pecunia videatur hoc tacite agi. ar. l. excepto. C. loca. & de agri. & cenſi. l. dñi ꝑdioꝝ. vñ poſſet agere forte utili ex locato. ¶ Itē no. ex eo qḋ dicit ad ſimiles: qꝛ dicit Frā. accur. ꝙ dñs Accur. allegauit in quadā cā uerū fuiſſe ꝙ qñ tabelliones ponūt in abbreuiaturis hoc mō. Talis uēdidit tali ꝓ tali precio ꝑſentibus teſtibus &c. ꝙ ibi intelligit̃ ꝙ in charta dꝫ vel ſolet apponi & qñqꝫ alius tabellio illaꝫ abbreuiaturā implere poſſit & eā cōplere dicto mō ꝑꝑ vnū qḋ eſt in abbreuiatura dum dicit &c. & hoc dicit ex hoc ṽbo &c. qꝛ cōprehēdit cetera ſimilia cū per hoc intelligant̃ oēs alij ꝯtractus iuriſgentiū q nō ſunt in ſuo ꝓprio noīe. ad idē facit. j. de libe. & poſthu. l. iij. §. ij. ꝓ hoc. l. gallus. §. i. & §. nūc de lege. e. ti. & ibi ꝑ Dy. no.

**Edi autem.** Non debet edi totus liber. ſed tota ratio. prout ꝑtinet ad petentē. h. d. No. partē neceſſariā tm̄ edi. cōtra. ſ. .e. l. i. §. pe. Sol. breuiter. qñqꝫ officialis publicus dat alicui ſcripturas tanꝙ ad eū pertinētes: & tūc pōt edere particulē: vt hic. & ita obſeruat̃ de cōſuetudine cum datur particula teſti legatarijs. ita notāt doc. in. l. ſi. C. de ꝑci. impe. offe. Et illa particula ſufficit legatarijs cū plus nō debeāt habere. quādoqꝫ edit qs ſcripturaſ ad ꝓbationē iuris ſui. & tunc quedā eſt editio que ſit iudici & tunc dꝫ edere in totū. alias nō valet: vt. l. i. §. pe. ſ. eo. & l. in ciuile. ſ. de le. Quedā eſt editio que ſit parti. & tunc ei nō debet edi: niſi illud capſm qḋ ſpectat ad ꝓpoſitū qḋ faceret ꝓ ſe vel ꝯtra ſe. ar. huius. §. & ex̄ de ſi de inſtru. c. contingit. & ibi per doc. & habemus hodie vnū caſum. ex̄ de priuil. ca. cū ꝑſone li. vi. & de hoc dixi ſup rubrica de ope. no. nū. Sis ergo cautus ſi eſt vnuꝫ inſtrumētum cōtinens multa capitula ne facias fieri copiam alteri parti: niſi de eo qḋ ꝑtinet ad id ḋ quo agit̃: qḋ ſepe accidit in inuētarijs & alijs ſimilibus inſtrumētis. Sic ſit hic in libro ſeu inſtrumēto archiepi: qḋ habꝫ multa capitula: & illis de caſtello dat̃ capitulū qḋ de ſua pace tangit. & ita vidi in pace archiepi obſeruari de facto: & dic vt ibi dixi.

**Cum autem.** Iſta actio dat̃ ad itereſſe qḋ poſſibile eſt ꝓbari in ſecūdo iudicio: lꝫ in primo non potuerit. h. h. ¶ Quero quo iure ſuccurrat̃ cōtra iudicē qui ꝓbationes nō curauit. Glo. dicit actione in factū ex quaſi maleficio: qḋ eſt verū ſi iudex malā ſniam dedit de ꝓbationibus nō curando. Si ṽo volenteꝫ ꝓbare nō admiſit & puto ꝙ tenetur conditione ex. l. ſi quādo. C. de teſta. ¶ Quero quid ſi iſte qui voluit edere nō eſt ſoluendo. Rñ. ex clā generali debet reſtitui aduerſus primā ſententiam cum iuſto impedimēto fuerit impeditus ꝓbare. ar. ſ. de eo per quē factum eſt. l. ſi. circa princi. & idem tenet Inno. in. c. preterea. de dila.

e **Exempla.** Iſtam. l. intellige quādo exempla eduntur: vt quis deliberet an faciat pro aduerſario & contra ſe. ſecus ſi petit exemplum vt poſſit probare: vt quando quis petit inſtrumētum a notario vel rationes ab argentario: tunc debet edi ita ꝙ perfecte edatur & probetur. alias edi nō videtur: vt. l. veluti. in prin. ſ. e. Et ideo inſtrumentum ꝓcurationis debet edi perfecte cum die & cōſule & ſubſcriptione. non enim ſolum editur vt quis deliberet ſed vt ex eo poſſit probare contra principalē ſi obtinuerit ne per aduentum procuratoris eius conditio ſiat deterior: vt. l. ij. §. defendi. j. ex quibus cau. in poſ. eatur.

f **Femine.** Nota ꝙ femine ſunt remote ab officio & vide qḋ no. j. de reg. iur. l. ij. & in. l. in multis. ſ. de ſtatu ho. ¶ Op. de. l. i. C. e. dic vt ibi & cetera.

h **Ec actio.** ¶ Oppo. glo. innuit ꝙ iſta actio ex delicto non detur contra heredem. Sed cōtra quia datur de peculio: vt. l. pretoꝛ. §. i. ſ. e. ergo non eſt ex delicto: vt. l. i. §. cum ſeruus. j. de his qui deie. vel effu. Sol. quidam dicunt iſtam eſſe anormalā. Alij dicunt ꝙ licet ſit ex contractu. tamē eſt ſpeciale ꝙ nō datur contra heredem: ſicuti in. l. ſi eum. §. q iniuriarū. ſ. ti. ij. do. Ja. bu. dicebat ꝙ officiuꝫ iudicis quo quis compellitur edere cauſatur ab equitate que inſurgit ex actu quē gerit auctoritate publica: vt. l. argētarius. ſecūdo reſpōſo. ſ. e. Et ideo poteſt cogi ad edendū dominus & pater: & ex hoc dicitur teneri de peculio. actio auteꝫ que datur ad intereſſe: quia non edit ex delicto & illa non daretur de peculio & non tranſit in heredem.

## Rubrica de pactis.

¶ Poſtꝙ editus eſt libellus de quo dixi in ti. prece. quādoqꝫ facit actor pactuꝫ gratuitū reo. ideo ponitur rubrica de pactis. Quandoqꝫ inuicem trāſigunt. ideo ſequitur de tranſactionibus. Quandoqꝫ inuicem non poteſt eſſe cōcordia. ideo eſt neceſſarium ꝙ litigetur & partes querunt ſibi aduocatos & ꝓcuratores. Ideo in ſequenti libro ponitur de poſtulando: & ſubſequenter de procuratoribus.

Ex. l. ſequenti.

¶ Qualiter hec dictio naturalis itelligatur. Et quādo copula non cadit inter diuerſa. Et an valeat pactum & quē effectum habeat cū ꝓmittis mihi ꝙ ticio dabis. x.

h **Uius edicti.** Hic incipit materia ſubtilis & bona. Et in hoc prin. primo ponit edictum. ſecūdo eius deriuationem tertio diffinitionem. ſecunda ibi pactū. tertia ibi. eſt autem. ¶ Contra hāc legē oppo. dicitur hic ꝙ hec equitas naturalis. cōtra ius naturale eſt quod cōgruit omnibus animalibus. ſꝫ pactū non cōgruit animalibus ergo &c. vt. l. i. §. ius naturale .ſ. de iuſti. & iur. So. dic pactum naturale. id eſt naturali ingenio inductum. Tu dic ꝙ quādo ad fidem vel rationē hec dictio naturalis refertur que non cōgruit niſi ſoli homini. tunc ſemper intelligit̃ de iure naturali hoc eſt iuriſgentium: vt hic. & l. omnes populi. & l. ius ciuile. ſ. de iuſti. & iure. ¶ Secūdo oppo. ꝙ magis cōuenit homini colere deum. Sol. dicit glo. ꝙ eſt hyperbolica locutio: hoc eſt quidam exceſſus in loquendo. Oppo. ꝙ male ponit hic deriuationem: dic vt in gloſ. Item oppo. j. de pollici. l. i. Solu. in pollicitatione ſufficit conſenſus vnius tantum. In pactis requiritur cōſenſus plurium vt hic. ¶ Item oppo. ꝙ male dicatur hic placitū & cōſenſus cum copula debeat cadere inter diuerſa: vt no. de iur. & fac. igno. ſuper rubrica & l. i. ſꝫ hic cadit inter eadem. ergo male. Sol. glo. dicit ꝙ hic eſt figura & exponit̃ placitū & cōſenſus. id eſt placitus a conſenſus. Ex quo no. ꝙ quādocūqꝫ copula cadit iter

duo quoꝝ vnuz de neceſſitate ineſt alteri. tunc illa duo reſoluūtur in vnū. ſicut adiectiuū alterius hoc modo: placitū ⁊ conſenſus id eſt placitus conſenſus: vt in Virglio. Arma viruq̄ȝ cano. ideſt armatuz virum. ⁊ ſimile no. in. l. vbi pactuz in glo. i. C. de tranſac. ¶ Venio ad quandā glo. que eſt hic. querit glo. quid ſi tu ⁊ ego facimus pactū ꝙ ſempronius det ſeio. x. vł ꝙ det vni noſtrum. dicit glo. ꝙ nō eſt pactuz. Sed ſi facimus pactū ꝙ vnus noſtrū det cuidam tertio bene eſt pactum: licet quādoq̄ȝ nō habet efficaciam. Pro huius declaratiōe debes ſcire ꝙ eſt regula tradita a maioribus noſtris ꝙ quecūq̄ȝ gerimus: niſi in perſona noſtra ſumant initiū inutilem actuz efficiunt: vt. l. quecūq̄ȝ. ȷ̄. de acti. ⁊ obli. ſecūdo debes ſcire ꝙ verbuz ꝓmitto vt aliquid importet requirit perſonam ꝓmittentem ⁊ perſonam cui promittitur. ⁊ rem que promittitur. Iſte ergo actus ꝓmiſſionis totalis in quacūq̄ȝ parte ſi nō aſſumat initiuz ex perſona noſtra actū efficit inutilem. Si ergo ego dicerem. Ticius ꝓmittit nō valet aliqd. Item ſi tu diceres mihi ꝙ tu ꝓmittis ticio nō valet aliquid: niſi mihi promittas ꝙ ticio dabis: vt. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis inſulam. ⁊ ibi no. ȷ̄. de v̄bo. obli. ⁊. d. l. quecūq̄ȝ de ac. ⁊ ob. Item ſi ꝓmittis mihi ꝙ ticius dabit vel faciet nihil valet: quia iſtud tertium hoc eſt res que promittitur non aſſumit initium in perſona noſtra. ⁊ iſta tria voluit dicere principiū glo. Sed quādo tu promittis mihi ꝙ dabis ticio actus totus in perſona noſtra initium ſumit: licet terminetur in perſona tertij. Promittis eniȝ ꝙ tu dabis ticio ⁊ ideo iſto caſu pactuz eſt. licȝ quādoq̄ȝ habeat effectum quādoq̄ȝ non: hoc voluit dicere glo. Vides igitur ꝙ validum eſt pactū: ſed an habeat effectuz videamus. Siquidem mea intereſt ꝙ illi tertio def valet ſine dubio: vt. d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ⁊. § ſi quiſ inſulam. Si mea non intereſt videtur ꝙ nō habeat effectum ab initio. ſed pro tanto dicitur eſſe pactum: quia ſuperueniente intereſſe cōfirmabitur. ar. l. quāuis. §. ſi mulier. ȷ̄. ad velle. ⁊. l. ſtichum. §. aliquādo. ȷ̄. de ſolu. ⁊ no. per glo. ȷ̄. man. l. ſi remunerandi. §. ſi tibi. in glo. ſuper v̄bo intererat. hoc etiā tenȝ Guil. ⁊ Cy. in. l. pacto ſucceſſorum. C. e. Sed contra: quia ſemper videf mea intereſſe. nam ſi tu ꝓmittis mihi ꝙ dabis ticio perinde eſt ac ſi facerem ticium meum procuratorē ad recipiendum ⁊ poſſum poſtea illum ticium prohibere: ſicut ꝓcuratorē meum. Caſus eſt no. in. l. ſi cū cornelius. ȷ̄. de ſolu. Rñdeo illud verū quādo tu ꝓmittis mihi te daturum alteri. id quod ante erat meū vel mihi debituz: tunc videor illum adhibere tanꝙ̄ meum procuratorē: quia adhibeo ſuper negocio meo. Sed quādo tu promittis mihi te daturū ticio id qd̄ nō eſt meū: neq̄ȝ mihi debitū non pōt dici ꝙ ille ſit meus ꝓcurator vel negocioꝝ geſtor. ⁊ ideo hec ſtipulatio nō valet: niſi ſuperueniat intereſſe: vt. d. §. ſi quis inſulam.

**Conuentionis.** Verbum ꝯuētionis ē generale ad oīa pacta cōtractus ⁊ diſtractus. hoc dicit. Et diuidif in tres partes. Primo dicit cōuentionis verbū eſſe generale. ſecundo illud ꝓbat ab ethymologia vocabuli. tertio illud ꝓbat per rationem. ſecunda ibi. nam ſicuti. tertia ibi. adeo. Et in tertia parte format rationē ſic. de natura generis eſt ꝙ inſit in qualibet ſpecie ⁊ in quolibet indiuiduo ſpeciei: vt. l. ſi quid earū. §. interemptum. ȷ̄. de le. iij. ⁊ no. ȷ̄. e. l. iuriſgentium. §. ſed ſi fraudanti. ſed nomen cōuentionis ineſt in qualibet ſpecie pacti ⁊ in quolibet indiuiduo ſui vt dicebat pedius. ergo apparet ꝙ eſt genus: vt ſequitur ex iſto tex. ¶ Nota primo caſum ꝙ tranſactio eſt cōtractus innominatus: vt. l. ſiue apud acta. C. de tranſac. no. ⁊ ꝓbatur hic. nam tranſactio eſt nomē quod cōgruit omni cōtractui per quē ab obligatione receditur: vt hic cum glo. ſua ſuper verbo tranſigendi. Ergo tale nomē non facit cōtractū nominatū vt no. C. de re. perm. ü. ſuper rubrica. dicaȝ ſtatim. ȷ̄. e. iuriſgentium. §. i. de hoc etiam eſt caſus in. l. ij. ȷ̄. de iureiur. Nota ꝙ nō valet ſtipulatio niſi in ſe habeat ꝯſenſum: vt hic in ſi. Sed querit glo. vtrum in ſtipulatione inſit obligatio naturalis Oldra. dicit ꝙ nō. Glo. determinat ꝙ ſic ꝓpter cōſenſuȝ ⁊ bene: vt in glo. ⁊ glo. in. l. ſi poſt diuiſionē. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ ꝓbatur in. l. i. §. ſi qs ita. de v̄bo. ob. ⁊ in. l. ſi fideicō. de cōdi. inde.

**Sed cōuentionem.** Cōtinua ſic dictuȝ eſt. ſ. ꝙ cōuentio eſt genus: ⁊ iſtud genus diuiſit ī duas partes: quia aut animo cōtrahēdi aut animo tranſigendi: ſeu diſtrahēdi: nunc hic ponit aliam diuiſionē: q: cōuētionū quedā ſūt noīe qdā innoīate: vt hic vſq̄ȝ in ſi. l.

**Adeo.** Hic ꝓſequitur aliam diuiſionē. ⁊ dicit ſic cōuentionū alie tacite alie expreſſe. ⁊ hoc quādoq̄ȝ ſit inter abſentes per nūcium vel per epiſtolam. quādoq̄ȝ inter ꝑſentes. ¶ No. hic ꝙ dictio quoq̄ȝ eſt implicatiua. ſicut dictio etiā. facit. ȷ̄. de ꝓcur. l. ſeruū quoq̄ȝ. in prin.

Ex. §. ſequenti.

¶ In pignoris remiſſione nō preſumif quittatio debiti: qa afferre pōt aliā vtilitatē nec etiā in inſtrumēti reditione cū ⁊ illud poſſit aliaȝ vtilitatē afferre. ſed ſi nullā vtilitateȝ afferre pōt: tunc preſumitur liberatio debiti. Et an ſi inſtrumētum debiti reperiatur canzellatū tam penes creditorē ꝙ̄ debitorem preſumaf liberatio. Et ſi in inſtrumēto duo ſunt obligati: ⁊ vni reddatur qd ſit preſumendū. Et ſi mihi tradidiſti inſtrumētum debiti ⁊ ego denuo tibi reddidi: an videar reponere me ī priſtinā obligationē. Et ſi de vna re ſint plura inſtrumēta an per redditionē vnius facta ſit liberatio.

**Sed etiam tacito.** Iuriſcōſultus hic per exēpla proſequif primū membrū diuiſionis. ſ. de cōuentione tacita. Nota ꝙ per redditionē inſtrumenti videf fieri quittatio debiti. ſecus per remiſſionē pignoris. ¶ Oppo. ꝙ iuriſcō. hic male inferat dum dicit in quibuſdam poteſt fieri tacita cōuentio: ergo hic: qa ex puris particularibus nihil ſeqtur ſm̄ loycos. Glo. ſol. dic vt in ea. ¶ Quero que eſt ratio diuerſitatis inter inſtrumentuȝ ⁊ pignus. Glo. finaliter ponit opinio. Io. ⁊ veram: qa in redditione inſtrumēti nulla pōt eſſe alia cōmoditas niſi remiſſionis ⁊ ꝙ liberet eum: ſed in redditione pignoris ſecus. Ex hoc dico ꝙ ſi redditio inſtrumēti cōtineret aliam vtilitatem non induceref remiſſio debiti. Exemplum cū litigares de re empta dedi tibi inſtrumētum vēditionis facte per me in quo cōtinebaf ꝙ mihi promiſeras precium. Certe nō ſequif liberatio a debito. Habuit enim aliā cōmoditatē redditio. ſ. vt illo inſtrumēto vtereris in cauſa. ⁊ hoc innuit tex. cum glo. in hac. l. poſtꝙ̄ in ſi. dū illum tex. refert ad hāc. l. ¶ Quero ſi inſtrumentū debiti reperiaf apud debitorē vtrum preſumaf debitor liberatus[a]. Glo. videf hic diſtiguere aut reperif penes creditorē cancellatū ⁊ forte preſumitur liberatio. ſec⁹ ſi penes debitorē licet aliqualē ꝑſumptionē faciat ſm̄ qualitatē perſonarū in eo ꝙ glo. facit differentiā vtrum reperiaf penes creditorem vel debitorem: reprehēdif per doc. nā eadē eſt ratio vtrobiq̄ȝ. Ita enim poſſet cancellari ſi eſt penes creditoreȝ ſicut ſurripi ⁊ dari debitori. Ideo Ia. de are. circa hoc diſtinguit vt Cy. refert. C. de ꝓba. l. ſi de poſſeſſio. Aut debitor qui hȝ inſtrumētum cancellatū allegat ſe liberatum pacto ⁊ nō valet: niſi ꝓbetur inſtrumētum redditū: vt hic in tex. ⁊ glo. Aut allegat ſe liberatū ſolutione: ⁊ tūc aut debitor erat ꝑſona domeſtica q̄ veriſimiliter poſſet inſtrumentū ſubtrahere ⁊ ſolutio facta non ꝑſumif: vt. l. i. §. ille autem. C. de lati. liber tol. Aut nō erat talis ꝑſona domeſtica ⁊ ꝑſumif liberatus ſolutione: vt. l. cyrographum. ȷ̄. de ꝓba. ⁊ de fur. l. ſi fullo. §. ſarcinator. ſȝ talis ꝑſumptio nō facit deferri iuramētum debitori: q: leuis. ita no. glo. ȷ̄. de mi. l. iij. §. ij. ¶ Quero qd ſi dedi

[a] ¶ Liberat⁹ ADDE videnduȝ bal. ꝯſili. cclxxi. i. lib. ⁊ cōſilio. cciij. iiij. li. ⁊ ibi qd ſi ſit cācellatū penes notariū vel aliuȝ tertiū. ⁊ ro. cōſilio. cccc xvi.

tibi inſtrumẽtũ in quo eras obligatus tu ⁊ alius Guil. hic videtur dicerẽ ꝙ de debito tuo videor facere liberationez: ⁊ cõtra alium videor tibi donare actionez. ar. ff. de libe. leg. l. ſi is qui duo. in fi. ⁊ C. de dona. l. i. ꝓ hoc facit tex. huius. l. poſtq̃. in fi. vbi requirit ꝙ ſpecialiter agatur cõtrarium. ¶ Quero qd ſi tu cui inſtrumentuz tradidi mihi reddidiſti ipſum. Certe videris te reponere in priſtinam obligationẽ: vt. l. ſi vnus. §. pactus. ff. e. facit. ff. man. l. ſi ꝟo nõ remunerãdi. §. inde papinianus. ⁊ l. ſed ſi lege. §. conſuluit. de pe. here. ¶ Quero quid ſi de vna re erant plura inſtrumẽta ⁊ vnum ſolum reddidi. certe ſatis videtur ꝙ ſit facta liberatio a toto per hanc legem. non enim dicunt plura inſtrumenta: ſed vnum inſtrumentũ in pluribus chartis: vt. l. vnum teſtamentum. ff. de teſta.

Ex. l. ſequenti.

¶ An inuecta ⁊ illata in domũ conductã ſi ſint aliena hypotecata. Et an bona pupilli tacite ſint hypotecata ſint ꝓ domo conducta.

i **Tem quia.** Proſequitur eandẽ materiã ſcilz de tacita cõuentione: ⁊ breuiter hoc intendit. Inuecta in domũ cõductã ſunt tacite obligata ꝓ penſiõe. h. d. ¶ Querit glo. qd ſi inducant in domũ res aliene. Et dicit ꝙ nõ videt mihi tacite obligate: niſi dominus cõſentiat. quidaz cõtra. de quo per doc. in. l. certi iuris. C. locati. ¶ Quero quid in pupillo vtruz inuecta ⁊ illata erũt tacite obligata cũ res ipſius nõ poſſunt obligari ſine decreto. ⁊ dicit glo. ꝙ nõ. Glo. in ſimili mouet queſtionẽ. C. de leg. tu. l. fi. ⁊ determiat ꝙ adultus accipiẽdo vxorem videt obligare tacite bona ꝓ dote. ⁊ ſic videtur huic cõtraria. Hy. inſti. de ac. §. item ſeruiana. tenet iſtam glo. Guil. diſtinguit: aut poſt contractũ ſeqt obligatio tacita a. l. abſq; alio facto. ⁊ loqtur gl. l. fi. C. de leg. tu. ⁊ eſt tex. in. l. i. in fi. cum. l. ſe. de re. eox. aut requirit aliud factũ: vt i caſu noſtre. l. vbi poſt ꝯductiõez reqritur ꝙ bona inducant ⁊ inferant in domuz. ⁊ tunc loquit iſta glo. Idem videt tenere Cy. in. l. certi iuris. C. loca. in tertia ⁊ quarta q̃one. in prin. Ego in repetitione. l. ſi cõſtante[a]. ff. ſo. ma. teneo hanc gl. ſimpliciter primo per auc. dos data. C. de dona. ante nup. vbi gl. ponit vbi videt ꝙ eoipſo ꝙ data ẽ dos ipſo iure abſq; alio facto videt ꝯſtitui donatio ꝓpter nuptias. Tamẽ video ꝙ minor non poteſt ꝯſtituere donationẽ ꝓpter nup. ſine decreto: vt. l. p̄dia. de p̄di. mi. ⁊ l. lex que tutores. C. de admi. tu. Preterea video ꝙ celebrato ꝯctu dotis bona ſũt hincide tacite obligata: vt. l. i. §. i. C. de re. vxo. act. Sed bona minoris ꝓmittentis dotem non poſſunt tacite obligari ſine decreto: vt. l. ticia. ff. de iure do. ⁊ l. i. C. ſi aduerſus do. ergo nõ videt bona diſtinctio Guil. Non ob. l. i. in fi. cũ. l. ſe. ff. de re. eox: qa res ibi trãſiuit in pupilluz cũ ſua cauſa. hic ꝟo de re loqtur que primo perfecte erat pupilli.

a ¶ Si cõſtãte. ADDE vidẽda que ibi poſui.

b ¶ Idem iuliano. ADDE poſt. d. Iaſonem in quãtum ponit an valeat pactuz ne liceat ſoluere vel offerre niſi ad placitũ creditoris. pau. de ca. cõſilio. cclxxix.

c ¶ Prefationibꝰ. ADDE cui dcã in p̄fatiõibꝰ intelligãtur repetita ange. ꝯſili. lxij. ro. cõſilio. ccccxxiij. ⁊. ccc ij. ⁊ qd de ãnuis rediti bus tã ẽptis a priuatis q̃ʒ ab eccleſia ⁊ venetis ⁊ florentinis vide q̃ poſui i. l. cũctos populos poſt alexã.

**Huius rei.** In ſtipulatiõe dotis ineſt tacita conditio ſi matrimoniũ ſequatur. h. d. ¶ Oppo. ante cõditionis euentum nulla eſt nata actio: vt. l. cedere diem. ff. de ꝟbo. ſig. Debuit ergo dicere qõ nullo modo agitur non male agitur. ff. quãdo di. le. ced. l. i. i fi. Sol. vt i glo. ⁊ notabiliter. Ex qua tene menti ꝙ tacita conditio ita impedit natiuitatem actionis ſicut expreſſa. non autem impedit tranſmiſſionem legati. ¶ Oppo. de. l. ita demũ. ff. de arbit. Solu. ibi conditio reſpiciebat executionem. nõ autem obligationem ipſam.

**Idem iuliano**[b]. Que in prefatiõibus[c] dicũtur in ſequentibus repetita intelligunt. hoc dicit. Prefationes intelligo hic tractatus cõuentionales qui firmant a partibus anteq̃ perueniat ad ꝯtractũ: vt patet hic: vt. l. ticia. §. idẽ reſpõdet. ff. de ꝟbo. obli. Et ideo putarẽ per hoc poſſe cõuinci fraudẽ vſurarũ quãdo vſurarij faciunt conuentionem vt pro ſimplo ꝓmittatur duplum poſtea tẽpore ꝯctus adhibẽtur notatorij ⁊ teſtes qui de hoc nihil ſciunt. Sufficit enim ꝓbari ꝙ hoc in prefationibꝰ dictũ fuerit: qa in ſequẽtibus videtur repetitũ: vt hic qõ verũ niſi ex interuallo factum fuerit: vt. l. per retẽtionẽ. C. de vſur. Et ſi eſſet tale in quo eſſet opus facto ꝙ fuerit dictum in prefationibus ⁊ omiſſum in contractu videtur omiſſum per errorem: vt. l. ſi tibi. in prin. ff. de ac. emp. dixi plene in. d. §. idem rñdet ⁊c̃.

c **Onuentionum.** Iuriſcõſultꝰ ꝓſequit hic aliam diuiſionẽ cõuentionuz. ¶ Oppo. ff. e. l. iuriſgentiũ. vbi dicit ꝙ conuẽtio publica eſt de iuregẽ. hic dicit cõtrariũ: quare male ponitur vt ſpecies. Sol. vt in glo. ¶ Oppo. extra glo. ꝙ nõ valeat pactũ factuz inter duces belli: qa hoſtibus nõ eſt fides ſeruanda: vt. l. i. §. nõ fuit. ff. de dolo. Sol. nõ eſt ſeruãda fides data a priuato: vt ibi. ſed a duce belli data ſic vt hic. Poteſt ergo capitaneus guerre dare ſecuritatez exbannito vel alij hoſti. ⁊ hoc fuit de facto hic. ¶ Quero vtrũ capitaneus guerre poſſit facere pacem. Tex. hic videt dicere ꝙ ſic. Breuiter puto ꝙ capitaneus põt facere treugaz ſeu inducias inducere: vt hic glo. dicit. Item poſſet facere pacem ſi eſſet dñs belli ſeu exercitus: vt princeps rex ⁊ ſimiles ⁊c̃. Sed capitaneus cui eſt ſimpliciter cõmiſſum ducere bellum ſeu exercitum non poteſt facere pacem: niſi ſit ei ſpecialiter commiſſum: vt. l. mandato generali. ff. de procura. Item nota ꝙ ambaſiatores habent ſecuritatem.

l **Egitima.** Hic ꝓſequitur tertium membrum diuiſionis. ſ. de cõuentione legitima. Et ꝓ declaratione p̄mitto ꝙ quedam eſt cõuentio que a lege confirmatur hoc eſt a lege inducitur. ⁊ de hac loquitur prima pars legis. nec de hoc eſt varietas in glo. Quedam eſt cõuẽtio que de ſe nõ eſt valida. ſed a. l. iuuatur ⁊ valida efficitur: ⁊ de hac loquitur ſecũda pars legis ſm vnaz lec. ⁊ ſecunda pars glo. tertio eſt quedam cõuentio que de ſe eſt inualida. ſed a. l. iuuatur ſeu cõfirmatur eoipſo ꝙ non infirmat. ⁊ de hac loquitur ſecũda pars huius legis ſm ſecũdam lec. ⁊ tertia pars glo. vide ergo partes in glo. ſecunda ibi ⁊ quod ſequitur. ⁊ ideo ⁊c̃. tertia ibi vel ſi ius intellige etiã in veſtiti. ¶ Venio ad tex. Primo ponitur dictum. ſecũdo illatio. ⁊ eſt illatio generalior dicto ſm glo. ¶ Aduerte quero exẽpla prime partis. Reſpõdet glo. illa eſt cõuentio legitima que. l. confirmatur. hoc eſt a. l. de nouo inducitur ⁊ ei forma dat. Exẽplũ in cõtractu emphiteotico litterarũ ⁊ verboruz obligatione. in cõtractu de pecunia conſtituta. ⁊ in ſpõſalicia largitate. vide glo. ¶ Oppo. ad hoc cum iſti cõtractus a. l. inducant apparet ꝙ nõ continent ſub noĩe conuentionis quod eſt de iuregen. Solu. licet inducãtur a. l. inducent de illa materia que cõtinetur ſub hoc genere conuentionis ⁊ ei detur a lege nomẽ ⁊ forma ſicut ſi de terra fieret vnum vas ab homine adhuc remaneret ſub genere terre ⁊ ſm hoc ꝙ dicit cõfirmatur. id eſt forma datur. ¶ Sed opp. iſta exempla vt plurimuz ſunt de iure nouo cuius hec. l. erat ignara: vt. l. iubemꝰ. C. de teſ. Sol. non eſt incongruũ ꝙ. l. antiqua habuit reſpectuz ad caſum iuris qui poſtea poſſet fieri. ſimile i. l. i. ff. de cõ. ex. l. ¶ Venio ad ſecundam partẽ ⁊ videt ꝙ iſta non ſit bona illatio: quia eſt generalior dicto. ergo ⁊c̃. vt. ſ. e. l. ij. in glo. ſuper verbo ⁊ ideo. Solu. dicit glo. apta littera quaſi dicat pacta nuda ⁊ veſtita recipiunt fomentum a. l. ⁊ ſic illatio non erit generalior ſubaudito. licet ſit generalior dicto. ¶ Quero ergo exempla. primo quando ex pacto actio naſcitur. Glo. ponit exemplũ in pacto nudo donationis. quod hodie confirmatur per. l. ſi quis argentuz. §. fi. C. de dona. Simile exemplum in. l. i. C. de ſuff. Iſtud exemplum non eſt congruum. nam ex pacto nudo donationis hodie non

oritur actio. ſed oritur conditio ex lege propter pactum. ſed hic querimus exempla quando ex pacto naſcitur. Pro cuius euidentia ſcias ꝙ quandoqȝ.l. non agit in ipſum pactum roborando ipſum ut actionem ꝓducat. ſed propter ipſū producitur in dictis.ll. Quādoqȝ lex agit ī ipſum pactum ipſum roborando. ⁊ tūc ex ipſo pacto oritur ut.l.etiam.ȷ̄.de uſu.⁊.l.lege obuenire.ȷ̄.de verbo.ſigni. Exempluȝ rex poteſt unum paruuȝ comitem facere potenteȝ: ita ꝙ ipſe ꝑ ſe poſſit facere bellum. Poteſt etiam illum paruū comitem dimittere in paupertate ſua ſed propter ipſuȝ comitem ipſe rex facit belluȝ. Uideamus ergo exempla quando lex agit in ipſum pactum ita ꝙ ex eo oriatur actio. Dicit glo. in pacto nudo dotis: ut.l.ad exactionem.C. de dotis ꝓmiſſio.⁊.l.i.in prin.de rei uxo.ac. In quantum allegat .l.i.de rei vxo.act.non eſt bonum exemplum: quia ibi per.l.inducitur ſtipulatō tacita: ⁊ ſic magis cōgruit prīcipio huius.l. ꝙ̄ huic dicto. In quantum allegat .l. ad exactionem.non uidetur bene dictum: quia contractus dotis eſt de iure gentium. Et ideo cadit in mēbro quod ponit in.l.ſe.⁊.l.eas.ȷ̄.de capi.dimi. Sed reſpōdeo hec illatō eſt generalior dicto: ut.ſ̄.dixi. Loquitur enim de conuentionibus iuriſgen.inualidis per ſe. ſed .ll.adiuuantur ⁊ ualidantur. ¶ Sed tunc oppo.dos ē contractus nominatutus: quia habet nomen elegans. ergo de iuregen.eſt ualidus per ſe ut .ſ̄.l. proxi. Non ergo.l.iuuatur. Reſpon. dotis datio bene ualidatur de iuregen.ut.ȷ̄.l.proxi. ſed nō dotis promiſſio. ſed.l.roboratur.ideo eſt bomum exemplum. Aliud exempluȝ pōit glo.in pignore.ȷ̄.e.l.ſi tibi.§.de pignore.vbi roboratur iure pretorio quod eſt pars iuris ciuilis. Contra pignus eſt ꝯtractus nominatus.ergo recipit robur a ſe. ut.ȷ̄.l.proxi.Sed reſpon.eodem modo pignus ē datio pignoris: ſed conuentio pignorum roboratur iure pretorio que inualida erat de iuregen.ut dicam .ȷ̄.l. proxi.Aliud exemplum pōe per.l.frumenti.C.de uſu. ⁊.l.etiam.ȷ̄.de uſuris. Omnia enim iſta pacta poſſunt dici ueſtita iuris auxilio: ut dicit glo.quod an uerꝫ ſit dicā i.§.quinimo. ¶ Seq̄r in tex.uel ſenatuſconſulto adiuuatur. Quero exempla dicit glo. Pactum quod fit inter heredem ⁊ fideicōmiſſarium: ut heres teneaꝛ ad ſoluenda legata. Leges allegate per glo.hoc non probant niſi coniuncta iſta.l. Ex quo nota multum ꝙ quādocūqȝ in pacto nudo deducitur illud qđ alias erat debitum ex aliqua parte iuris. illud pactum dicitur roborari.l.illa. Et ſm̄ hoc actio de coſtituta pecunia nō eſt neceſſaria quando in conſtitutione deducitur illud quod erat debitum ex.l.ſed eſt neceſſaria quando deducitur illud quod erat debitum ex conuentione partium. ¶ Sequitur in tex.uel tollitur. quero exemplum. glo.ponit exemplum in acceptilatione. Hoc non uidetur congruum.nam acceptilatio a iure ciuili inducitur Et ſic iſtud primum exemplum congruit principio .l. nō autem tanꝙ̄ pactum inualidum roboratur. Ponit ergo glo.exemplum quando inter heredem ⁊ fideicōmiſſarium fit pactum ut alter eorū tm̄ legata ⁊ debita ſoluat.iſtud exemplum procedit ut primum. Nō enī .l.expreſſe confirmatur uel a iuuatur niſi ex eo ꝙ pactum continet id quod lex. Item hoc exempluȝ poteſt eſſe uerum in actione ſi qua eſſet inter heredem ⁊ fideicōmiſſarium: quam uellent tolli per iſtud pactum. non ꝙ per hoc preiudicaretur creditoribus uel legatariis. ut.l.pacto ſucceſſorum.C.de pactis. Item poteſt poni exemplum in ſenatuſconſulto velleiano ⁊ macedoniano que actio tollitur: ut dicit glo. Sed certe ibi non tollitur actio ipſo iure: ſed ope exceptionis. Item ibi non tollitur actio in conuentione ſed alia iuris diſpoſitione ideo exēplū non eſt congruū. ideo alii dicūt quotiens lege uel ſenatuſcōſulto adiuuatur.ſcilicet mulier.ut dicit glo.ſed hoc nihil eſt dictum.poteſt etiam poni exēplum in.l.ſi tibi.§.quedam.ubi pactuȝ prodeſt ut actō ipſo iure tollatur: quia.l.iuuatur.omnia iſta exempla loquuntur in pacto de ſe nudo a lege.uel a ſenatuſcō.adiuto. Uenio ad tertiam partem ⁊ alii legunt iſtum finem etiam in pactis ueſtitis: ut dicamus ex pacto interdum actio oritur uel tollitur: ut in pactis ueſtitis quotiens a lege. uel a ſenatuſcōſul.adiuuatur. dico adiuuatur eo ipſo ꝙ non infirmatur ⁊ propter hoc ponitur in tex.interdum.quia interdum ſpecialiter lege infirmaꝛ. ut.l.pacta que contra.C.⁊.ȷ̄.l.proxi.§.ſi ob maleficiuȝ ⁊.l.generaliter.ȷ̄.de uerbo.obli. Habes expeditā hāc .l.ſm̄ glo. Sed mihi uidetur incongruum ꝙ ipſa illatio ſit generalior dicto quod hic loquitur aliquo modo ꝺ obligationibus iuriſgentium. Et ideo potes legere ſic ꝙ primo ponit dictum.ſecundo ponit effectum dicti. dictum eſt tale. Omnis conuentio non eſt legitima ſed illa tm̄ que.l.aliqua confirmatur uel iuuatur. Et ideo ſic forma caſum ⁊ illationem regulariter. Sicut omnis conuentio non eſt legitima.ſed caſualiter quādo.l.cōfirmatur: ita regulariter ex omni conuentione non oritur actio uel tollitur.ſed interdum caſualiter ſcilicȝ quādo.l.uel ſenatuſconſul. adiuuatur ſeu confirmatur qđ pro eodem pono. ¶ Quero exempla quando.l.confirmatur uel adiuuatur ut producat actionem. Reſpon. hoc poteſt eſſe duobus modis.uno modo ꝙ adiuuetur ⁊ confirmetur dando ſibi nomen: ⁊ formam ⁊ ſic erunt contractus nominati de iure ciuili: ut ſtipulatio ut.ſ̄.e.l.i.in ſi.⁊.ȷ̄.e.l.ſe.in ſi.contractus eſt emphiteoticus ſponſalicia largitas litterarum obligatio ⁊ conſtituta pecunia de quibus dixi.ſ̄. Quandoqȝ confirmatur ſeu adiuuatur.non tamen ſibi proprium nomē dat ſed ſtat in ſimplici nomine conuentionis.exemplum dixi.ſ̄.quando dixi ex pacto nudo actionē oriri. ¶ Quero exemplum quando pactuȝ adiuuatur uel confirmatur lege.ita ꝙ actio tollatur. Reſpon.eodē modo quo .ſ̄.quandoqȝ talis conuentio a lege inducitur ⁊ ei datur nomē ⁊ forma.ut acceptilatio.⁊ dicitur conuentio nominata. Quandoqȝ ſtat in finibus nominis conuentionis tamen lege corroboratur.ut.l.ſi tibi.§.quedam .ȷ̄.e.⁊ tunc dicitur conuentio innominata.lege tamen confirmata uł corroborata. ¶ Et nota bene ꝙ per pactum iure ciuili adiutū ſeu confirmatuȝ tollitur obligatio naturalis ⁊ ciuilis: ut innuit hic glo.in.§.tollitur aūt ibi alias naturaliter tm̄.

¶ Ex.l.ſequenti.

¶ Quare permutatō non dicatur contractus nominatus. Et an donatio olim fuerit. Et hodie ſit contract⁹ nominatus.

i **Iuriſgentium.** Conuentio iuriſgentium nominata parit actionem.ſecus ſi eſt innominata: niſi implemento iuſte cauſe uel coherentia cōtractus ueſtiatur.h.d.uſqȝ ad.§.⁊ ideo. ¶ Quero quare permutatio non dicitur cōtractus nominatus ſi do rē ut aliam mihi des.glo.aſſignat duas ratōes ultimo remittit ad notata in rubrica.C.de re.permu.⁊ illa uera. ¶ Pro cuius euidentia ſcias ꝙ habere nomen generis generaliſſimi uel ſubalterni non dicitur nomen nec per hoc dicitur res nominata.ſed habere nomen ſpeciale hoc facit rem nominatam ⁊ contractum nominatū probatur in.l.ii.ȷ̄.de preſcrip. uerbis cum duabus .ll. ſequentibus.permutatio igiꝛ eſt nomen cuiuſdam generis ſubalterni.ubicunqȝ hinc inde aliquid datur uel fit.nam large loquendo emptio poteſt dici permutatō permutatur autem res cum pecunia: ut.l.ita conſtante. .ȷ̄.de iure do. Et ſicut in locatione permutatur pecunia cum opere eadem ratione tranſactio dicitur contractus innominatus: ut no.in.l.ſiue apud acta.C. de trāſac.quia illud nomen congruit cuilibet liberatiōi ⁊ cuilibet actui per quem a lite receditur.ut.l.i.§.conuentionis.ſ̄.e. ⁊.l.ii.ȷ̄. de iureiuran. ¶ Quero quid ſi in permutatione non dedi ſed paratus fui dare.dic ut in glo.

¶ Quero quid de donatione. dicit glo. ꝙ donatio olī
erat contractus innominatus. hodie eſt nominatus:
quod apparet: quia producit actionem: ut. l. ſi quis ar
gentum. C. de do. Hoc. in. l. ij. C. de con. ob. cau. dicūt
ꝙ olim ⁊ hodie erat contractus nominatus. habet enī
nomen elegans. ego in. l. in edibus. §. i. ꝭ. de do. idem
teneo. nam ſi olim fuiſſet contractus innominatus lo/
cus fuiſſet penitentie quod eſt contra caſum. l. ariſto. ꝭ.
de dona. ⁊ per alias rationes quas ibi dixi. ſed dices tu
quare olim ex pacto nudo donationis non oriebatur
actio ſi erat contractus nominatus. Reſpon. contract⁹
nominati producunt actionem eoipſo ꝙ ſunt ⁊ nomē
habent. Modo aduerte: quia quidam contractus de
nominantur ab actu paciſcendi ſeu conueniendi: qui/
dam denominantur ab actu exequendi. ſi loqueris in
primis quādo denominantur ab actu paciſcendi: ſta/
tim facto pacto habent nomen ⁊ producunt actioneʒ.
exemplum in emptione venditione locatione condu/
ctione ſocietate ⁊ mandato ⁊ ſimilibus. Si accipis ſe/
cundo modo quando denominantur ab actu exequē
di non hñt nomē: niſi facta executione. exemplū in con
tractibus qui re contrahuntur: ut depoſitum commo
datum mutuuʒ qui ab actu exequendi denominantur
ut patet ad ſenſum. ⁊ ideo ſi facio pactū de deponen/
do commodando uel mutuando non eſt contractus
nominatus nec actionem producit: niſi habeat alia in/
ſtrumenta. nunc ad propoſitum donatio eſt contract⁹
nominatus ⁊ denomiatur ab actu exequendi: quia idē
eſt ꝙ doni datio: ut. l. ſenatus. §. donatio. ꝭ. de donat.
cauſa mortis. merito de iure iſto ſi perueniebatur ad
traditioneʒ perficiebatur contractus. alias non: ſed pa
ctum de donando non erat donatio: ſed erat nudum:
nec producebat actionem: niſi ueſtiretur ſolēnitate ver
boꝝ. Hodie uero lege iuuatur: qa per. l. pp pactū actō
producitur. idem in ꝯtractu pignoris q ē ꝯtractus nomina
tus ⁊ re contrahitur ut inſti. qui. mo. re contrahitur ob
li. in fine. dicitur enim pignus a pugno. ⁊ ſic denomina
tur ab actu exequendi. vnde pactum nudum de pigno
ribus non producebat actionem de iure genti. ſed edi
cto pretoris iuuatur: ut actionem producat: ut. l. ſi tibi
§. de pignore. ꝭ. e. idē in ꝯtractu dotis q eſt ꝯtractus noīatus
⁊ iō traditōe ſecuta perficiebat ꝯtractū ⁊ denominaba/
